Grammatica Exemplaris,

sive

Grammatica exemplo deducta,

Exemplis & Præceptis ad Imitationem aperiens viam.

Proponitur

Exemplum Generale.

Sol, oculus ille Mundi, qui à nobis ſpectatur in ſublimi, quia magnus eſt corpore, & potens virtute, ſufficit illuminare radiis ſuis omnia, & nobiſmet reducere Diem quotidiè; abſq; quo ſi eſſet, perpetuam haberemus noctem, heu, ineffabiliter triſtem nobis.

Sequitur

Exempli Applicatio,

Ad Orthographiam }
Ad Orthoëpiam. } L.1.
Ad Etymologiam. }
Ad Syntaxin. } L.2.

Adjicitur Appendix de conſtructionibus quibuſdam, extra limites iſtius Sententiæ obſervatis, deq; ſermonis elegantiis.

Londini,
Anno Dom. 1661.

Præcognita.

1. Cubus Literarum.

a	e	i	o	u
l	m	n	r	ſ
b	d	k	p	t
w	y	x	z	f
c	g	h	q	v

2. Monita quædam vernacula.

1.

What e're you read, be ſure
you ſound it plain,
Elſe both the ſpeaking, and
the hearing's vain.

2.

Words? Syllables? Divide?
Riſe to it? Spel?
Are Queſtions that ſome
Miſtakes do tell.

3.

Vowels and Conſonants,
put firſt and double,
Long and Short, *h* and *s*
the Dipthongs couple.

alb	bla	wa	able
ac	ace	hac	acs
	aic	&c	
via	æ	œ	dic
way	e		dick



Gram. Exemplaris.

NAtura docuit linguam loqui, Ars manum,
Artificiosè loqui includit.
Manu scribere quæ legi possint,
Ore pronunciare quæ manu scripta sunt,
Scribere & legere ut possint intelligi.
De his agit Grammatica communiter
divisa in duos libros.
1. De sono Syllabarum.
2. De sensu Verborum.

Liber primus.
Syllabæ considerantur.
1. Ut resolvendæ in Literas.
2. Ut componendæ ex Literis.

Pars prima.
Qui Literas ex Syllabis elicere instituit, debet
1. Quædam supponere.
2. Quædam agere.

Capur primum.
Supponendæ sunt Distinctiones,
Sententiarum in verba.
Verborum in Syllabas.
In sequentibus, exempla sunt verba,
vel Syllabæ, ex eo quod est in titulo
præpositum generali, deprompta.

16

Qui à quia.

Sententiam in verba diſtinguere eſt

Nec unire diviſa.

Nec unita dividere.

§. 2.

Spectatur

Specta-tur TUR

Spect-ta TA ta tur

S P E C ſpec-ta-tur

Verba in Syllabas diſtinguuntur, amovendo Senſim poſteriores a prioribus.

C. 2.

Agenda pertinent,

1. Ad Literarum Inventionem.
2. Ad Literarum Notationem.

§. 1.

Literarum Inventio eſt,

1. Mediata.
2. Ultima.

N. 1.

tur

tu ur

Mediata Inventio Literarum, eſt Syllabæ in ſuas Partes diviſio repetitâ mediâ Vocali vel Dipthongo.

N 2.

heu
he eu
h e e u
H E U

Spec
Spe, ec
S, pe, S
Pe: p, e S, P
E per ſe E
S P E

Ultima Inventio Literarum est, Vocâlem
solam, aut Vocales solas ex Syllaba;
sive pronuncietur cum consonante,
sive cum consonantibus, discerpere.
* Consonæ a Vocalibus remotiores,
Imprimis sunt amovendæ.

§. 2.

Ad Literarun notationem pert[illegible]
Observationes;
1. Magis generales.
2. Magis speciales.

N. 1.

Generales Observationes sun
1. De Speciebus Literarum.
2. De Figuris Literarum.

1.

Sol, Mundi, Diem.

In speciebus Literarum notentur majusculæ
in locis emphaticis constituendæ
* Majusculis ferè pinguntur
dictiones integræ in titulis librorum;
Sed priores tantùm literæ in principiis
capitum binæ, veruum singulæ:
Solæ autem, ac paucæ significant
aliquand nomen, aliquando numerum.

2.

In Figuris Literarum notentur.
Regulæ Calligraphicæ.
1. De corporibus Literarum.
2. De caudis Literarum.

1. Omnia

Corpora Literarum debent esse æqualia, æqualiterq; lineæ suæ insistere.

2. Sufficit.

Oportet Literarum caules sursum, & Pedunculos deorsum moderatè procurrere.

N. 2.

Speciales Observationes sunt hujusmodi,

1.

Virtute.

V prior est Consona, U posterior Vocalis.

2.

Nobis spectatur.

S prior est finalis, ſ posterior initialis.

3.

&, q; &c.

Abbreviationes pro et que & cætera.

* Litera est

Oris humani sonus minimus & indivisus.

P. 2.

Qui syllabam ex Literis elicere instituit, debet
1. Quædam supponere,
2. Quædam agere.

C. 1.

Supponendus est consensus,
1. Linearum in Literâ.
2. Literarum in syllabâ.

§. 1.

Om-nia.

Lineas cujusq; Literæ distinguere est,
Nec unitas dividere,
Nec unire divisas.

O-

O-cu-lus

De jungendis Literis in ſyllabas
notetur, regula generalis.

Media Conſona amat
Sequentem Vocalem.

C. 2.

Agenda pertinent

1. Ad Inventionem ſyllabæ,
2. Ad Orthotoniam ſyllabæ.

§. 1.

Syllabæ Inventio eſt,

1. Mediata.
2. Ultima.

N. 1.

Mediata Inventio eſt,

1. Vocalium.
2. Conſonantium.

1.

t, u, r.

t,u; u,r.

Vocales, ſi mediæ, ſunt inventæ
tribuendo eas conſonantibus,
tam præcedentibus,
quam ſequentibus.

2.

S P E

e per ſe e

p e pe;

S pe

Spe

Vocales recipiunt ſonum ſuarum
Conſonantium proximarum imprimis
1. ſive præcedentium.
2. ſive ſequentium.

N. 2.

tu ur
tur

Ultima inventio ſyllabæ, eſt Literarum inter ſe connexio integra, ut eodem ſpiritu pronunciari poſſint.

§. 2.

De Orthotoniâ notetur, quod eadem ſyllaba non ſemper eodem modò eſt pronuncianda.

Variatur autem,
1. In Formatione ſoni.
2. In Intentione ſpiritus.

N. 1.

In Formatione ſoni Litera videtur,
1. Aliquando mutari.
2. Aliquando omitti.

1.

Corpore, ſufficit,
Mos jam invaluit ut c o valeat ko
c i ſi.

2.

Qui, quotidiè
Sonum in iſtiusmodi vocibus,
V habet nullum.

N. 2.

Spiritus intenditur,
1. In accentu.
2. In fine dictionis.

Córpore, virtúte

Accentus cujusq; vocis observandus est, nihil enim esset magis ingratum doctis auribus, quam si legeretur, córpore vírtute.

2.

Qui quo quotidie.

Circa finem (præcipuè in derivandis, inflectendisq; dictionibus) vox est paulatim elevandus.

* Syllaba est,

Sonus articulatus unâ oris aperturâ prolatus

L. 2.

Sensus Verborum consideratur,

1. Divisim.
2. Conjunctim.

P. 1.

In Verbis divisim consideratis occurrunt,

1. Partes Orationis.
2. Accidentia Partium.

C. 1.

Partium Orationis exempla, ex prædicta sententia sunt petenda.

§. 1.

Sol, oculus, mundi, corpore, vírtute,
rădiis, diem, noctem.

Nomen est vox rem denotans.

§. 2.

Sublimi, magnus, omnia,
perpetuam, tristem.

Adnomen est vox denotans aliquem rei modum.

Hic, qui, nobis, suis, quo.

Pronomen, est vocula sine nomine rem denotans.

§. 4.

Spectatur, sufficit, illuminare, reducere, esset, haberemus.

Verbum, est vox significans aliquid esse, aut agere, aut pati.

§. 5.

Potens,

Participium, est vox, actionem cum suo agente, aut passionem cum suo patiente significans.

§. 6.

quotidiè, ineffabiliter,

Adverbium, est vox, modum aliquem essentiæ, aut actionis, passionisve denotans.

§. 7.

a in absq;

Præpositio, est vocula circumstantiam significans.

§. 8.

quia & si.

Conjunctio, est vocula connectens voces.

§. 9.

heu.

Interjectio, est vocula breviter animi sensum prodens.

§. 10.

-met.

Adjectio, est vocula per se nihil significans, sed alteri adjecta.

* Vulgò, reducitur pars secunda ad primam,
Septima & octava invertuntur,
Decima autem penitus exterminatur.

Acci-

Accidentium exempla ſunt etiam obſervanda.

§. 1.

Sufficit illuminare, reducere

Compoſitio, eſt unius vocis cum
aliâ voce conſtructio.

§. 2.

Ineffabiliter.

Derivatio, eſt vocis cum terminatione
aliqua conſtructio.

§. 3.

qui quo.

Inflexio, eſt vocis ad ſuas
circumſtantias accommodatio.

§. 4.

Corpore, radiis: Eſſet, haberemus.
Numerus, eſt modus loquendi de re unâ, vel pluribus.

§. 5.

Sol, nobis: Eſſet haberemus
Perſona, eſt, dicentis ab eo cui
& de quo loquitur, diſtinctio.

§. 6.

Magnus, perpetuam, omnia.
Genus eſt quo diſcriminamus ſexum.

§. 7.

Sol mundi; nobis diem.
Caſus eſt ſpecialis terminatio nominum.

§. 8.

Sol oculus.
Declinatio eſt nominis per ſex caſus, & duos numeros Inflexio.

§. 9.

Sublimi-s-or. MA-gnus-ximus.
Comparatio eſt variatio per gradus.

ſpectatur

Spectatur esset.

Tempus est distinctio rei factæ, a nondum facta.

§. 11.

Illuminare sufficit haberemus

Modus est peculiaris terminatio verbi, qua diversa intentio exprimitur.

§. 12.

Illuminare haberemus sufficit.

Conjugatio, est verbi per diversas Personas, Numeros, Temporaq; & modos Inflexio.

* *Ex duodecem accidentibus* 1 *&* 2, *voces generatim* 3, 4, 5, *declinabiles specialiter* 6, 7, 8, 9, *casuales* 10, 11, 12, *verba particulariter, respiciunt.*

* Vox est, Sonus articulatus aliquid significans.

P. 2.

De vocibus conjunctim consideratis notandum, Omnis vox sociatur alteri certâ lege, de quâ sequentes observationes sunt maximè generales,

§. 1.

Sol oculus.

Ad ostendendum QUID sit quid, apponitur nomini aliud nomen, in eodem casu.

§. 2.

Oculus mundi.

Ad ostendendum CUJUS quid sit, additur nomini nomen ejus cujus est, in Genitivo.

§. 3.

Oculus ille,

radiis suis,

perpetuam noctem tristem,

Ad ostendendum QUALE quid sit, adstruitur Nomini Adnomen, simili numero, genere & casu.

tristem

tristem nobis,
Ad ostendendum, CUI aliquid tale sit, additur adnomini aliud nomen in Dativo.

§. 5.

Magnus corpore,
Ad ostendendum, UNDE res talis sit, aut QUA PARTE, additur adnomini nomen (causæ vel partis) in Ablativo.

§. 6.

Sol sufficit,
qui spectatur
Ad ostendendum aliquid ESSE aut AGERE, aut PATI, additur Nominativo Verbum finitum, simili Numero & Personâ.

§. 7.

reducere nobis,
Ad ostendendum CUI aliquid sit, aut fiat, additur Verbo Dativus.

§. 8.

reducere diem,
illuminare omnia,
haberemus noctem,
Ad ostendendum IN QUID actio transeat, additur Verbo activo illius rei Accusativus.

§. 9.

illuminare radiis,
Ad ostendendum QUO INSTRUMENTO, aut cur aut quomodo aliquid fiat, jungitur Verbo Ablativus.

§. 10.

Sufficit illuminare,
ad ostendendum QUID res possit, aut sciat, velit, conetur, vel debeat, jungitur Verbo alterius Verbi Infinitivus.

reducere

reducere quotidie,

*A*d ostendendum *AN*, *UBI*, *QUANDO*, &c.
aliquid fiat, additur Verbo adverbium.

§. 12.

Potens virtute, Participium adsciscit casum sui Verbi.

§. 13.

Ineffabiliter tristem.

*A*dverbia quædam etiam adnominibus
& adverbiis adjunguntur.

§. 14.

à nobis,
in sublimi,
absq; quo,

*A*d ostendendum actionis circumstantiam, additur
Verbo Præpositio cum nomine sui casus.

§. 15.

*S*ol quia magnus,
magnus & potens.
si esset, haberemus,
illuminare & reducere

Conjunctio jungit similes casus in Nominibus,
similes autem Modos & Tempora in Verbis.

* Phrasis est,
Vocum nexus, aliquid alicui apponens.

Appendix de Phrasibus.

1. Contractiùs comprehensis.
2. *A*d eandem rem reductis.
3. In majoribus effatis conjunctis.

CAP. 1.

Carolus, Rex Britannorum multis clementiâ valdè bonus-
nòvit rectè tributum subditis edicto imperare,
debellans superbos, & triumphans in omnibus,

1 Totus

Totus campus flos unus.
Flos campi, vel campus florum.
Flos campestris, v. campus floridus.
. Floridus apibus.
. Floridus à sole calido
. Campus floret, v. flos spirat.
. Floret oculis, v. spirat naribus.
. Spirat odorem.
. Spirat odore suavi.
o. Spirare solet.
1. Spirat suaviter.
2. Spirans odorem.
3. Pulchrè floridus.
4. Flos est propter fructum, etiam inter spinas.
5. Spirat odorem, si floret, &c.

C. 3.

Effata majora, in quibus phrases conjunguntur, sunt,

1. Sententiæ.
2. Periodi.
3. Orationes.

§. 1.

GAZOPHYLaKIUM SCiENTiaRum FaX QVe Jam in DuBio.

Sententia est, vocum & phrasium nexus, aliquid de aliquo interrogans, aut affirmans, aut negans.

§. 2.

Si quid turpè feceris cum voluptate; voluptas abit, turpitudo manet: si quid honeste feceris cum labore; labor abit, honestas manet.

Periodus, est verborum in sententiis plenus ambitus.

§ 3.

Si quid in me est ingenii, judices, &c. Cic.

Oratio, est sententiarum in Periodos reductarum plenus contextus.

Ser-

reducuntur ad ſententiam ſequentem, *viz.*
Magiſter meus docet exemplis perpetuis.
1. Magiſter ſtudiorum meorum, docet, *&c.*
Perſpicuitas, eſt orationis ad rem intelligendam facilitas.
2. Studiorum Magiſter meorum, *&c.*
Transpoſitio, eſt partium orationis alia, quàm quomodo ſitu naturali cohærent, locatio.
3. Meus a ſtudiis, docet, *&c.*
Idiotiſmus, eſt linguæ alicujus peculiaris & propria loquendi conſuetudo emphatica.
4. Magiſtro meo ſolenne eſt docere per exempla perpetua.
Transmutatio, eſt partium orationis aliûs pro aliâ, (aut ſanè ejuſdem aliâ formâ) uſurpatio
5. Mei nutritor ingenii præmanſos nobis ingerit cibos.
Transnominatio, eſt rerum, quas dicere volumus, verbis ab aliis rebus mutuatis expreſſio: ut aliud dicatur, aliud intelligatur.
6. Meminit dilectus meus Præceptor, cujus eſt res bonas docere, ejuſdem eſſe exemplo præire.
Dilatatio, eſt quo quod brevius dictum eſt, aut dici poſſit, in plura extendimus.
7. Meus faciendo docet facienda.
Contractio eſt quo in pauciora redigimus.
8. Dic, an methodus docendi dari queat melior, mellior, efficacior, atq; dum exemplis docemur & ducimur.
Figuratio, eſt ſermonis ſimplicis in affectuoſum mutatio.
9. Quæ docet, illuſtrat per multa exempla Magiſter.
Ligatura, eſt ſermonis ad numeros, menſuras & pondera,
10. Gnavum nos habemus ſtudiorum ducem, (adſtrictio
Omnibus affundit exemplorum lucem.
Rythmus eſt ubi ſyllabarum tantum numerus, & ultimarú (duarum ad minimum) conſonantia quæritur.

FINIS.

